

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1312

Auteur(s) : Onfroi le Prévost [particulier]

Auteur(s) : Guillaume d'Amayé [clerc]

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1280, décembre

Lieu d'émission : Sainte-Croix-Grand-Tonne

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Onfroy dit Le Prévost et Guillaume d'Amayé donnent en perpétuelle aumône et garantissent au chapitre de Bayeux une rente annuelle d'un muid d'orge à Sainte-Croix-Grande-Tonne : le chapitre leur verse 60 livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° DXXXIX, t. 2, p. 288-289.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentes et futuri quod nos Unfredus dictus Le Prevost, et Guillelmus de Amae, clericus, dedimus et concessimus, in perpetuam elemosinam, Deo et capitulo ecclesiæ Baiocensis unum modium ordei, ad mensuram Baiocensem, annui redditus, percipiendum annis singulis, in mense septembri, in decimis omnibus quas habemus in territorio parochiæ Sanctæ Crucis de Grentonia, tam in feodo de Lucerna quam de Villariis, et locis aliis ubicumque jus habemus aliquod decimas habendi et capiendi, vel habituri sumus in dicto territorio ratione quacumque : tenendum, habendum, ac etiam possidendum dictum modium ordei dictis ecclesiæ et capitulo libere, quiete, bene et pacifice, et absque nostrum vel hæredum nostrorum in dicto modio ordei reclamatione aliqua amodo facienda ; ita tamen quod dicti ecclesia et capitulum, aut eorum nuncius, pro modio ordei habendo in mense septembri singulis annis, suam poterunt plenariam justiciam exercere in omnibus decimis supradictis, ubicumque reponantur, quandcumque et quocienscumque sibi viderint expedire. Et nos dicti Unfredus et Willelmus, et hæredes nostri, dictum modium ordei dictis ecclesiæ et capitulo tenemur et debemus contra omnes homines garantizare et defendere, ac ipsos ecclesiam et capitulum super dicto modio ordei servare indempnes, vel excambiare alibi, in nostro proprio hæreditagio, ubicumque fuerit, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Pro hiis autem donatione, concessione, garantizatione, excambiatione, dicti ecclesia, capitulum dederunt nobis sexaginta libras Turonenses in pecunia numerata, de quibus nos tenemus penitus pro pagatis. Et, ut hoc firmum sit et stabile, et duret in perpetuum, istud præsenti carta sigillis nostris sigillata confirmamus. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, mense decembris, coram parochia Sanctæ Crucis de Grentonia.